

epitaphium ad sepulcrum domini Phil
lipi Metensis in choro sancti Nicolai
dicat quod obiit anno Domini 1297,
die 27. Novembris, scilicet sub papa
Bonifacio VIII. ^{h. 100} Hic longe fuit post
resignacionem episcopatus; ymmo inter
depositionem suam et mortem 4 episco-
pi medi fuerant.

Wilhelmus I. XIII. ^{us}

Dominus Wilhelmus de Troiquel epis-
copus Metensis 63. anno Domini 1265
in episcopum Metensem sublimatus.
Hic postquam per aliquod tempus
gubernaverat, a duce Lothoringie
fuit captus et plus quam per annum
secrete tentus; Nec quisquam scire
potuit quo ductus fuerit, ymmo
quod detestabile fuit, plures secum
captos de terra Romana duxit in
quadam domo incendio interfecit.
Et dum episcopus sic detineretur
secrete, officialis suus quem secum
de partibus Romanis duxerat duca-
tum circumvit, dominum suum querens
et multa donaria ~~pro~~mittens, ut eum
posset videre et liberacionem pro-
curare. Tandem venit ad locum sue
detencionis nec ipsum videre potuit,
tamen vocem suam audivit. Extur-
re ad Romanam curiam transiit
et apud papam procuravit cessum
per totam Lothoringiam et in omni